



**R. P. Francisci Svarez Granatensis, E Societate Iesv
Doctoris Theologi, Et In Connimbricensi Academia
Sacrarum Litterarum primarii Professoris Opvs, De Virtute
Et Statu Religionis**

Qvo Quid Contineatur, Index proximus indicabit

De Obligationibus Religiosorum ex Regula, Prælatione & subiectione
regulari provenientibus, De varietate Religionum tam in genere, quàm in
specie, De Religione Societatis Iesv in particulari

Suárez, Francisco

Mogvntiæ, 1626

XXI. A quibus censuris & pœnis possint Prælati regulares absoluere suos
subditos, per priuilegia religionibus præsertim mendicantibus concessa.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-93501](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-93501)

Vnde consequenter in præfenti pro indubitato habeo, non posse hos Prælatos absolvere ab hac censura ex vi Concilij, & Privilegij Pij V. quod etiam sentit Saneius lib. 2. Decalogi. cap. 11. n. 7. tum quia ille non vult, ut hi Prælati in hac parte habeant maiorem iurisdictionem, quam Episcopi, sed tantum, ut non sint peioris conditionis: tum etiam, quia reuocatio, quæ fit in Bulla Cœnæ, generalis est quoad omnes, qui non habent facultatem peculiarem in casibus ibi contentis prout ibi referuntur.

XI. Addunt verò aliqui, quod licet Episcoporum facultas non esset reuocata, Prælati religionum illam non habent, quia illa non est data Episcopis, ut Episcopi sunt, sed ut Inquisitores sunt, quod munus Prælati religionum non habent. Sed hoc non potest satis probari ex verbis Concilij Tridentini: nam postquam generaliter de alijs criminibus occultis dixerat, subdit, *idem & in hæresis crimine, &c.* ergo hoc etiam committit Episcopis, ut Episcopi sunt, solum addidit restrictionem, ut non possint eam potestatem delegare: de cuius restrictionis sensu alibi disputandum est. Vide quæ dixi disp. 30. de penit. sect. 2. & disp. 21. de fide sect. 4. & disp. 21. de censur. sect. 3. num. 5. & Cordubam in Summa Hispana, q. 8. Gutierrez in suo Questionario cap. 13. num. 23. Emman. Rodr. tom. 1. q. 20. art. 11. Igitur licet Concilium ex se non extendatur ad Prælatos religionum, sed solum ex concessione Pij V. tamen, illa supposita, non dubito, quin extensio comprehendat etiam crimen hæresis; tamen reuocatio æquæ etiam extenditur, ut dixi, & in sequentibus amplius explicabo.

XII. Dico quintò, per privilegia religionum, præsertim Mendicantium, possunt Prælati regulares absolvere suos subditos ab omnibus censuris à iure, vel ab homine latis. Priorem partem huius conclusionis, quæ spectat ad censuras à iure, (sub quibus nunc censuras Bullæ Cœnæ comprehendit) colligo ex his, quæ breuiter notantur in Compendio Societatis, verb. *absolutio*, & ex multis privilegijs, quæ indicat Emmanuel Rodericus tom. 1. quæst. 20. Non censo tamen necessarium per singula privilegia discurre: quædam enim concedunt absolutionem tantum ab una censura, excommunicatione, v. g. alia ab alijs, vel ab omnibus, & interdum extendunt sermonem ad dispensationem ab irregularitate, de qua nunc non agimus. Item, quædam addunt hanc limitationem, *Nisi adeo fuerint graves, & enormes excessus, quod sint ad Sedem Apostolicam merito destinandi*, vt ex Clemente IV. refertur in lib. Monumenta ordinum, concess. 318. & 319. Alia verò addunt contrariam extensionem, *etiam si alia forent, propter quæ Sedes Apostolica esset consulenda, &c.* prout refertur in dicto Compendio Societatis, §. 10. ex privilegio Benedictinis concessio. Ex omnibus ergo privilegijs sufficienter inspectis colligitur vniuersalis conclusio posita (etiam quoad utramque partem.) In qua sunt tria explicanda. Primum materia, circa quam hæc facultas versatur: secundum, quis Prælati possit illa rei: tertium, circa quas personas.

CAP V T XXI.

A quibus censuris & penis possint Prælati regulares absolvere suos subditos per privilegium religionibus, præsertim mendicantibus, concessum.

I. In hoc puncto, quoad primum in fine præcedentis capitis proposuimus, dicendum est censuras Pontificias esse materiam horum privilegiorum.

Hoc constat ex eorum verbis, quæ vniuersalia sunt, & prædictam distributionem multis modis declarant. Quia verò sub vniuersali clausula non solent speciales casus comprehendi, dubitari in primis potest, an sub ea comprehendantur casus referuati in Bulla Cœnæ, qui, ut aliqui censent; ita sunt speciales; ut sub generali facultate non comprehendantur. quæ de re vide Staphyleum de Reservat. in forma Breuium, pag. 191. Gomez in tract. Breuium, n. 26. Nihilominus dicendum est comprehendi, non quidem sub singulis privilegijs, nam, ut dixi n. 12. c. præced. in aliquibus sunt vel tantum generalia, vel nimis limitata, sed sub omnibus simul. Primum est privilegium Sixti IV. cuius fit mentio in nostro Compendio §. 6. verb. *absolutio*. ex Monumentis Minorum. In eo enim à generali exceptione quatuor tantum casus excipiuntur; exceptio autem, ut iuxta aiunt, firmat vniuersalem regulam in contrarium: ergo ex vi illius indulti extenditur hæc facultas ad omnes alios casus in Cœna Domini contentos, & quomodocunque Pontifici reservatos. Erant autem casus excepti à Sixto IV. Primò *relapsus in hæresim, schisma, licentiarum Apostolicarum falsificatio, & delatio prohibitorum ad infideles*. Qui omnes sunt casus in Bulla Cœnæ contenti, & ex his, quæ circa illius expositionem tomo de Censur. disp. 21. sect. 2. diximus, satis clari. Ex his autem intelligitur vis rationis facta: nam ex eis constat, illam facultatem extendi etiam ad primum lapsum in peccatum hæresis, quod inter omnia referuata habet maximam specialitatem; ergo à fortiori intelliguntur concessi omnes alij casus ibi non excepti. Item cum in sola hæresi relapsus excipitur, in alijs non exceptis quicunque relapsus, seu quodcunque recidivum intelligitur concessum.

Addo verò vterius, illam exceptionem magna ex parte sublatam esse per concessionem Gregorij XII. Societati factam, *absolendi ab hæresi, & a re lapsum etiam in hæresim eos omnes, qui sub Societatis obedientia vivunt, si quis (quod Deus avertat) in eam incidere, ut hæresis*. dicitur in dicto Compendio, §. 7. & in 9. additur, eandem facultatem concessisse Alexandrum VI. Minoribus de Observantia, cum duplici tamen limitatione, scilicet, pro folijs Ultramontanis, & dummodo relapsorum crimina publica, & notoria apud seculares non sint: Gregorius verò nullam limitationem addit. Circa quam extensionem dubitari potest, an per illam sublata sint alia tres exceptiones posite à Sixto IV. nam ita videtur affirmandum, quoniam potissima illarum exceptionum erat relapsus in hæresim, & inter omnes casus ille habet maximam specialitatem: ergo illo concessio, reliqui omnes censentur concessi. Sed nihilominus ex vi illius solius indulti non audeam hoc affirmare, quia in materia iurisdictionum, & potestatum argumentum illud non est firmum, nam potest quis habere iurisdictionem ad iudicandum de grauissimo crimine, & non de minori, maxime in iurisdictione delegata, qualis datur per hæc privilegia. Verum est, iuxta materiam subiectam intentionem illorum Pontificum videri fuisse, ut omnis exceptio & limitatio auferretur. Existimo tamen supposuisse alias exceptiones iam sublatas, & ideo illam tantum, quæ maxima erat, abstulisse; ablatæ autem videntur alia exceptiones per privilegia generalia, quæ exceptionem non habent, & addunt illam clausulam, *etiam si talia forent, propter quæ Sedes Apostolica esset consulenda*. Dices, per hæc clausulam, etiam exceptionem relapsus in hæresim videri sublatam. Respondeo, adeo esse specialem casum illum, ut sine specifica expressione non putaretur concessus, etiam per illa generalia verba; sicut in disp. 21. de fide sect. 4. diximus, per privilegia concedentia facultatem

M 4 absol-

Extendun-
tur etiam
ad omnes
casus cap. 58
qui sua-
dente.

absoluerunt à casibus Cœnæ, non comprehendit hæ-
resim, nisi exprimat. Propterea igitur specifica
concessio, & extensio merito obtenta est. Atque ita
relinquitur satis probata conclusio quoad omnes
censuras à iure, & Pontificias, quia omnes conti-
nentur vel extra Bullam Cœnæ, vel intra illam; sed
ad utraque extenditur hæc facultas; ergo. Quocir-
ca non est dubium, quin hæc facultas se extendat
ad excommunicationem, cap. si quis suadente. nam li-
cet olim de iure communi hæc censura committe-
retur Episcopo in grauioribus casibus, & Abbati in
leuioribus, cap. Monachi. de sent. excomm. tamen
etiam illa concessio generalis non erat, sed solum
quando permissio erat monachorum inter se. Et
licet postea extensa sit ad percussorem clerici se-
cularis, cap. Religio. de sent. excomm. in 6. tamen &
soli Episcopo committebatur, & non vniuersali-
ter, sed in percussione non enormi, iuxta commu-
nem interpretationem: at verò iuxta prædicta pri-
uilegia absolute concessa est hæc facultas non in
speciali, sed per sufficientem clausulam genera-
lem, ut explicatum est.

III.
Dubium in-
surgens an
dicta priui-
legia hodie
valiant.

Dubitari verò hic potest, an hæc priuilegia ho-
die sufficiant ad huiusmodi obseruationem. Est
autem duplex ratio dubitandi: prima, quia priui-
legia non cadunt in futuras reservationes; ex autem
reservationes Cœnæ Domini singulis annis reno-
uantur, & tanquam de nouo sunt: ergo priuilegia
prius concessa non extenduntur ad illas. Quæ ra-
tio procedit de quibuscunque casibus post dicta
priuilegia reservatis, etiam extra Bullam Cœnæ. Al-
ia ratio est, quia hæc facultates videntur reuocatae
per posteriores Bullas Cœnæ, in quibus ad finem
dicitur, etiam prætextu quatuordecim facultatum, vel indul-
gentiarum quibuscunque personis quorumlibet ordinum etiam
Mendicantium, ipsique ordinibus, & eorum monasteriis,
&c. Per quæ verba videntur expresse derogata dic-
ta priuilegia. Dicendum nihilominus est primò,
hæc priuilegia de se sufficere ad absoluerendum à qui-
buscunque peccatis reservatis, tam in Bulla, quam
extra illam, etiam si reservatio post concessionem
priuilegiorum facta sit. Probat, quia sensus illo-
rum priuilegiorum non est per ea dari facultatem
ad absoluerendum ab illis peccatis, quæ tunc refer-
uata sunt, quando priuilegium conceditur; sed ab
illis, quæ tunc reservata sunt, quando fit confessio,
& absolutio præstata est: ergo, licet reservatio sit
posterior, nihil refert. Antecedens probatur, quia
in primis Papa potest hoc sensu suam iurisdic-
tionem delegare, ut est apud omnes indubitatum, quia
potest facere delegationem de se perpetuam, id
est, quandiu reuocata non fuerit, & potest suam
propriam iurisdictionem, & pro tempore vitæ suæ
illo modo delegare: ergo pro omnibus futuris tem-
poribus. Quod autem hoc etiam intendat probat-
ur, quia concedit illa priuilegia ut perpetua, & ut
generalia ad omnes casus reservatos; non possent
autem esse talia, nisi ea intentione concederentur.
Item, quia priuilegia illa sunt absoluta, & conti-
nent gratiam & fauorem, quæ in nullius præiudi-
cium cedunt, nisi ipsius concedentis: ergo non sunt
à nobis restringenda, sed amplianda potius, iuxta
communem regulam iuris.

IV.

Confirmatur à simili: nam, si Rex eximat oppi-
dum ab aliquo onere, quantumcunque postea cre-
scat, totum id, quod in futurum auctum est, censetur
exemptum, ut tradit Baldus in l. cum fundus, ff.
de legatis 2. & tractat Couar. in Pract. cap. 2. ergo si-
militer, &c. Confirmatur secundò à simili, nam si
Pontifex concedat Regi præsentationem benefi-
ciorum talis provincie, vel ciuitatis, extenditur il-
la concessio etiam ad beneficia postea creata, ar-
gum. cap. quia circa. de priuileg. ubi ratio affertur,
quia in beneficijs plenissime est interpretatio ad-

hibenda: ergo multò magis in præsentem adhibenda
est: tum quia nouæ reservationes sunt quotidianæ,
& ideo facilius creditur de eis cogitasse Pontificem,
quando tale priuilegium concessit; tum etiam,
quia hæc priuilegia data sunt propter publicam, &
magnam vtilitatem, scilicet spirituales, iuxta ea,
quæ tradunt Ioan. Andr. in c. qui sentit. de regulis iu-
ris in 6. & Panormit. in c. quia circa. n. 5. Alexand. in 2.
confil. confilio 178. n. 21. Tandem confirmatur ex
usu sequentium Pontificum: quando enim volunt
ut talia priuilegia non valeant ad absoluerendum à
casibus denuo ab ipsis reservatis, reuocant expre-
sse dictas facultates: ergo supponunt, illas de se ex-
tendi ad subsequetas etiam reservationes.

Secundò dicendum est, prædictas facultates non
esse reuocatas per Bullam Cœnæ Domini. Circa
quam assertionem sciendum est; olim in reuoca-
tione, quæ fiebat in Bulla vique ad Gregor. XIII. so-
lita fuisse poni illa tantum verba, quæ supra retuli-
mus; illis verò, ut notauit Nauar. c. 27. n. 73. addidit
Sixtus V. hæc verba, Nisi in eum etiam casus præsentium
litteris expressè comprehendantur. quæ etiam adduntur
in Bulla S. D. N. Clementis VIII. Igitur iuxta hæc
additionem manifesta est conclusio posita, quia
per illa verba declaratur non reuocari priuilegia,
in quibus conceditur specifica facultas absoluerendi
à casibus Bullæ Cœnæ; huiusmodi autem sunt pri-
uilegia regularium, ut ostendimus: ergo. Speciali-
ter etiam concessit Gregorius XIII. Societati, ut
nullæ eius facultates per Bullam Cœnæ Domini
derogatae censeantur, ut refertur in Compendio
Societatis, verb. Bulla Cœnæ. §. 2.

At verò iuxta antiquam formam dubium erat,
an talia priuilegia essent reuocata, propter verba
superius citata sine prædicta, vel aliqua alia limi-
tatione posita. Et affirmandum censuit Collector
priuilegiorum Mendicantium, verb. Absoluitur etiam
nauar. quoad f. art. 13. ubi refert responsum Card. Ale-
xand. in 1. ita affirmantis. Aliquis tamen
iuris doctis nimis rigorosa visa illa interpretatio,
quia non putant verisimile Pontificem voluisse re-
uocare omnes facultates datas in specie ad ipsos
met casus Cœnæ: quia inde possunt inferri multa
incommoda, quæ videntur absurda, quæ indicant
magnam inconstantiam in voluntate Principis,
quæ præsumenda non est, ut latius refert Eimann.
Roder. tom. 1. q. 20. art. 9. Ad illa verò incommoda
respondere possunt, hanc reuocationem non esse
intelligendam respectu eiusdem Pontificis, qui co-
cessit priuilegium, ut adnotauit etiam Cardinalis
Alexandrinus, quia de eodem verisimile non est in-
fra eundem annum velle reuocare facultatem per-
petuam, quam in specie concesserat, præsertim cum
illa reuocatio, cum sit ordinaria, censeatur præiudi-
ciosa, nam videretur eludere vel decipere conceden-
do hoc priuilegium, quod statim est reuocaturus
respectu ergo eiusdem magnam habet vim illa co-
iectura, quæ quando est adeo vehemens, magnam
vim habet in interpretatione legum, ut latè profe-
quitur Piraque. in præfatione ad l. si inquam. n. 37.
at verò quando Bulla reuocatoria, edita est à di-
uerso Pontifice, nulla potest argui inconstantia,
quia, cum diuersa sit voluntas, non est inconstantia
quod vna reuocet, quod alia voluit, ut quotidie fe-
ri videmus: nec particularia incommoda, quæ hinc
inferuntur, aut potius cogitantur, apud me vim
habent, quia sunt valde priuata, & extraordinaria,
quæ morales leges non considerant. Probabilius
fundamentum illius sententiæ esse potest, quia fa-
cultas absoluerendi à casibus Cœnæ, non exceditur,
nisi in specie detur, nec sufficit clausula generalis
absoluerendi à casibus reservatis Papæ, ut multi sen-
tiunt: ergo & conuerso facultas specialis ad absol-
uendum à casibus Cœnæ non reuocatur per clau-
sulam

fulam generalem, donec expressa mentio illius fiat: sed in Bulla Gregorij XIII. & alijs non fiebat talis reuocatio, sed tantum generalis. Vnde iuxta hanc sententiam, & rationem per illa verba solum reuocantur generales facultates absoluedi a censuris referuatis Papæ, ut nimirum illæ non sufficiant ad absoluedum a casibus Cœnæ, non verò reuocantur facultates expressè hoc concedentes; quod quidem explicauit Sixtus Quintus, non verò addit.

Veruntamen hæc ratio videtur seipsam falsificare: nam, si facultas generalis ad absoluedum a casibus omnibus Papæ referuatis, non comprehendit casus Cœnæ: ergo talis facultas non est reuocabilis per prohibitionem absoluedi a casibus Cœnæ: quia non reuocatur nisi facultas, quæ antea erat; sed antea illa non erat facultas absoluedi a casibus Cœnæ: ergo per Bullam Cœnæ non reuocantur illa priuilegia generalia: atque adeo ex illa ratione potius sequitur, per illa verba solum reuocari illa priuilegia, quæ in specie illos casus concedebant, nam alia generalia per se erant limitata, & exclusiua. Dices, ergo immerito in Bulla Sixti V. illa additio facta est, quia destruit ipsam reuocationem. Respondeo, inde fieri probabile oppositum eius, in quo fundatur prædicta ratio, quæ alio modo ita impugnatur. Nam per vniuersalem clausulam absoluedi a casibus Papæ referuatis, datur facultas etiam ad casus Cœnæ in specie: ergo & conuerso per reuocationem generalem absoluedi a casibus Cœnæ reuocantur etiam facultates expressè illos concedentes. Antecedens probatur ex mente Sixti V. & Clementis VIII. addendo enim illam limitationem, supponunt dupliciter dari facultatem ad absoluedum a casibus Cœnæ, scilicet, per generalem clausulam, vel per specificam, & ideo declarant se reuocare priorem facultatem, non posteriorem. Idemque confirmari potest ex alijs indultis, in quibus Pontifices generaliter concedentes suos casus, excipiunt casus Bullæ Cœnæ, supponentes comprehendendi, nisi excipiantur. Sed hæc rationes non concludunt, quia in his literis Apostolicis aliqua verba addi solent tantum ad maiorem declarationem, & ad tollenda dubia.

Vnde sustinendo illud fundamentum (quod probabile est) sub concessione generali casuum Pontificis non comprehendendi casus Cœnæ, dicendum est ad priorem obiectionem, hoc ipsum provenire ex vi illius clausulæ, & ideo respectu præcedentium priuilegiorum esse reuocatoriam ex parte; respectu vero subsequentiū esse quasi declaratoriam, seu impediētem, ne ad hos casus extendantur. Per illa enim verba factum est, ut illi casus tam specialem habeant reservationem, ut sub generali clausula absoluedi a referuatis non comprehendantur. Si enim non adderetur illa clausula reuocatoria priuilegiorum, non esset cur illa omnia delicta non comprehenderentur, quia atrocitas culparum non sufficit per se sola; alia enim fortasse delicta, ut Simonia, vel blasphemia, sunt tam graua ac multi casus Bullæ Cœnæ, & nihilominus licet habeant annexam excommunicationem referuatam Pontifici, comprehenderentur sub illa clausula generali absoluedi a referuatis. Si ergo casus Cœnæ non comprehenduntur, ideo est, quia per illam clausulam reuocatoriam sunt exempti, & ita per illa verba & reuocantur, vel limitantur quoad hanc partem priuilegia prius concessa, & simul sit, ut subsequencia priuilegia sub generali clausula concessa, hos casus non comprehendant. Ad secundam ergo obiectionem ex verbis Pij V. respondetur, solum esse addita ad hoc ipsum explicandum, scilicet, priuilegia generalia non sufficere ad absoluedum ab his casibus, & fortè ita explicasse mentem

IX.

An dicta priuilegia extendantur etiam ad censuras ad censuras propter Simoniam & tractat.

Resolutio, extendi ad omnes, præter contradiatione Simoniacæ.

X.

An extendantur ad censuras ad censuras contradiatione Simoniacæ.

Dubitari præterea potest de quadam restrictione, quæ in dictis priuilegijs addi solet, scilicet, ut possint ab his censuris absolutio dari, nisi fuerint delicta ad peccata commissa in contemptum clauium, vel nisi commissa fuerint spe, & fiducia talium priuilegiorum, ut constat ex priuilegijs Bonifacij IX. & Eugenij IV. quæ referuntur in Supplemento, & Monum. Minorum. In contrarium autem est, quia licet illa priuilegia non plus concedant, tamen alia & nouiora, & vniuersaliora non addidere illas restrictiones, & ideo certum est ex vi priorum priuilegiorum non esse limitatam hanc materiam, nam potuit per alia priuilegia amplificari. Neque oportuit priorem limitationem expressè reuocari: quia per solam additionem tollitur limitatio. Manet autem dubium, an generalia verba sufficiant ad huiusmodi extensionem. Nam de posteriori præsertim limitatione, spe scilicet, & fiducia, quidam existimant, tacite contineri in huiusmodi priuilegijs, vel facultatibus, & in alijs similibus, etiam si non exprimat. Ratio est, quia in generali concessione non comprehenditur casus specialis, qui veritatem non esset à Pontifice in particulari conce-

VII.
Obiectio, contra ad reuocatio-

Obiectio.

VIII.
Obiectio, non per ad-

Ad obiectio-

Tum denique, quia illa doctrina Nauarri, vt existimo, vera non est, vt alibi ostendi, quia illa suspensio non est vera censura, cum ipse fateatur, per solam penitentiam tolli.

XVI.

Vnde ad
obtinendam
penitentiam

Videtur ergo dicendum, ibi verbum absolventi latini sumi pro verbo abolendi, seu tollendi, quæ verba abstrahunt à propria absolutione, & dispensatione: sicut enim sub potestate ligandi, & soluendi includitur potestas dispensandi, ita verbum absolventi potest interdum sumi in illa generali significatione, quæ dispensationem includit. Verum quidem est iuxta ordinarium, & proprium usum iuris canonici, non ita solere accipi verbum illud, & ideo vbi verba adiuncta non cogunt, propria significatione retinenda est, & hic est sensus illius principij, seu fundamenti, *irregularitas non absoluitur*, &c. quod alijs locis posuimus. Si autem adiuncta verba cogant ad intelligendum, verbum accipi in illa latiori significatione, non est adeo impropria, quin admitti possit. Eò vel maxime, quod coniunctio illarum duarum vocum, *absolutio irregularitatis*, cogit nos, vt in alterutra illarum improprietatem, vel extensionem significationis admittamus: ergo eligenda est, quæ minor fuerit; multò autem minor improprietas est in extensione verbi absolventi ad dispensationem, quàm in acceptione vocis *irregularitatis* pro culpa, quæ irregularitatem produxit, aut producere potest. Præferimus, quia per priorem verbi interpretationem ampliatur priuilegium, quod fieri debet quando cum nulla, vel minori improprietate verborum fieri potest. Tandem in his, et priuilegijs statim subiungitur exceptio (vt ipse auctores referunt) homicidij voluntarij, mutilationis, & bigamiæ: ergo signum est non esse sermone de absolutione à culpa; quia nec bigamia est culpa, nec peccatum homicidij, aut mutilationis tale est, vt per hæc priuilegia absolui non possit. Et hæcenus de materia huius potestatis.

CAPVT XXII.

In quibusnam Religionibus Prælati sui potestas absolventi subditos ab omnibus censuris tam à iure, quàm ab homine.

I.

Circa secundum punctum de personis, quibus hæc potestas conceditur, quod etiam in fine capituli 20. proposuimus; primum omnium consideranda sunt verba priuilegiorum: nam si in specie quadam nominantur, & non alia, illa solum habebunt potestatem, quia priuilegia tantum valent, quantum sonant. Si autem generatim potestas conceditur Prælati, vel Prælato, dicendum est dari Prælati conuentualibus, & à fortiori omnibus vniuersalioribus. Ratio prioris partis est, quia illi sunt veri Prælati, vt supra ostendimus, & concessio indefinita æquiualeat vniuersali. Quod est manifestum quando loquitur est in plurali, nam cum est sermo de Prælato in singulari, non nihil dubitationis habere videtur. Nihilominus tamen restringi non potest ad vnum tantum Prælatum supremum, tum quia potius nomine proprio Generalis, quàm communi nominaretur: tum etiam, quia regulariter hoc est contra communem usum religionum, nam ipso iure censetur hæc facultates per ipsamet priuilegia communicata Prouincialibus, & ad usum earum moraliter necessarium est. Quātūnis ergo Prælatus in singulari nominetur, sub illa voce comprehenditur Generalis, & Prouincialis: ergo etiam Conuentualis Prælatus, quia nulla est ratio restringendi. Dices, alij habent magis propriam iurisdictionem Episcopalem. Respondeo, pa-

rum hoc referre: nam hic etiam habet eam iurisdictionem, quæ sufficit, vt sit verè & simpliciter Prælatus, vt hac ratione sub illa voce comprehendipossit, quæ indefinitè posita tantum valet, ac si diceretur, quicumque Prælatus. Aliunde verò actus absolventi, propter quem datur hæc facultas, magis ordinatur ad internam salutem, quàm ad forensè iudicium, ideoque merito censetur concessa illa facultas proximo Prælato, qui curam gerit animarum subditorum. Vnde quando in iure committitur Prælato casus aliquis reseruat Pontifici, Abbas specialiter nominatur, vt patet ex c. *de illorum*, cum similibus, de sent. excom. quia nimirum ille est veluti proprius pastor religiosorum, idem autem est de quocunque Prælato Conuentuali.

II.

Nihilominus tamen (vt alteram partem probeamus) non potest sub illa voce, etiam in singulari posita ita intelligi particularis Prælatus, vt excludantur vniuersales, tum propter rationem factam de infinita loquutione: tum maxime, quia illi sunt præcipue Pastores, & magis propriè. Vnde sicut alibi in tomo de penit. diximus, nomine proprii sacerdotis ita in iure significari Parochum, vt non excludatur Episcopus, vel Pontifex, ita de nomine Prælati in præsentī dicendum est. Quapropter, etiam si indulta solum facerent mentionem Prælati Conuentualis, v.g. Prioris, vel Guardiani, aut Abbat, non existimo excludi superiores Prælatos eorundem subditorum, propter rationem factam, & quia reuera hoc postulat debitus ordo, & verisimile non est Pontificem velle aliquid præter illum concedere.

III.

Dico autem, *reseruat eorundem subditorum*, quia interdum priuilegium conceditur in fauorem vnius tantum monasterij, & religiosorum, vel Prælati eius, vt sic, & tunc quauis dicamus, non solum Abbatem, vel Priorem localem, sed etiam Prouincialem, vel Generalem posse vti illo priuilegio: nihilominus non poterunt illo vti nisi circa religiosos illius monasterij, quia non conceditur illis vt Prouinciales, vel Generales sunt absolute, sed vt sunt Prælati talis monasterij. Exemplum esse potest in multis priuilegijs concessis Abbati monasterij S. Benedicti Vallisolei, quæ in Compendio etiam Mendicantium, & in nostro interdum referuntur, verbo *absolutio*, & verbo *dispositio*: si tamen supponamus illa ipsi concedi vt Abbati illius monasterij, & non vt Generali sui ordinis, prout est in Castella, de quo mihi non satis constat, quia originales literas videre non potui. Addo etiam per alias Bullas, & indulta, quæ concedunt communicationem omnium priuilegiorum, factum iam esse, vt ferè nullum sit priuilegium vni domui, vel prouinciæ, aut nationi concessum, quibus non possunt alij conuentus gaudere, vt constare potest in nostra Societate ex Bulla Pij V. Dum indissolue. vbi communicationem priuilegiorum illi concedens, addit illa verba, *Tam in genere, quàm in specie, & tam communiter, & conu. etiam, quàm particulariter, & diuisim, etiam per modum extensionis, seu communicationis, & alias quomodolibet quibus ordinibus fratrum, & sororum Mendicantium, quocunque nomine nuncupentur, illorumque congregationibus, conuentibus, & Cap. culis, ac vniuersisque sexus personis, ac illorum monasterijs, domibus, Ecclesijs, &c.* Et similia verba habet Gregorius XIII. in Bulla anni 1575. Ad perpetuam rei memoriam, addens extensionem ad omnes religiones, Mendicantium (inquit) aliarumque religionum ordinibus, congregationibus, conuentibus, Capitulis, monasterijs, domibus, Ecclesijs, &c. & multæ alie religiones habent similem communicationem, & ideo, vt dicebam, iam non multum refert, an priuilegium in principio fuerit vni monasterio, vel Abbati illius, aut toto ordini concessum.

Secundò